

ESERCIZIO 1 ▶ RIPASSO DELLE PROPOSIZIONI INFINITIVE

a. Traduci le seguenti frasi prestando particolare attenzione all'espressione della posteriorità.

- 1 *Memini Catonem, anno antequam est mortuus, mecum et cum Scipione disserere.* (Cic.) 2 *Cogitemus semper illum, quem servum nostrum vocamus, eodem modo esse ortum ac nos.* (Sen.) 3 *Ait Piso se nihil scire, nihil audisse (= audivisse).* (Cic.) 4 *Plerique amicos eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos.* (Cic.) 5 *Pompeius adfirmat non esse periculum, adiurat; addit etiam se prius occisum iri a Clodio quam me violatum iri.* (Cic.) 6 *Bonorum omnium quae speravimus, admōdum pauca deos nobis dedisse vides; reliqua et rogemus fideliter et aliquando futura (esse) speremus.* (Sen.) 7 *Scio Tuberonem domi manere voluisse.* (Cic.) 8 *Sic sentio, sic adfirmo, nullam rerum publicarum conferendam esse cum ea quam patres nostri nobis reliquerunt.* (Cic.) 9 *Milites dicebant datum iri aliquo loco pugnandi facultatem.* (Caes.) 10 *Germani totius Galliae imperio sese potiri posse sperabant.* (Caes.) 11 *Te docui per litteras id fieri non posse.* (Cic.) 12 *Non speraverat Hannibal fore ut tot in Italia populi ad se deficerent.* (Liv.) 13 *Video te alte spectare et velle in caelum migrare; spero fore ut id contingat nobis.* (Cic.) 14 *Numquam putavi fore ut supplex ad te venirem.* (Cic.) 15 *Quidam dixisse dicitur fore ut brevi Roma a Gallis caperetur.* (Cic.) 16 *Curius iussit mihi nuntiarī mox se venturum (esse).* (Cic.) 17 *Iam Cassandra cecinerat fore ut a Graecis Troia deleteretur.* (Cic.) 18 *Exaudita vox est a luco Vestae futurum esse, nisi provisum esset, ut Roma caperetur.* (Cic.)

b. Traduci le seguenti frasi.

- 1 Spero che Marco non sia già partito, poiché so di essere arrivato in ritardo. 2 Non vorrei che tu affermassi di non aver sbagliato in quella circostanza. 3 Noi tutti speriamo che egli si vergogni delle sue azioni. 4 I soldati di Alessandro speravano di poter ritornare in patria. 5 Cicerone con le sue orazioni sperava che avrebbe ottenuto la vittoria e che Verre sarebbe stato condannato. 6 Catone afferma che, finché egli vivrà (*se vivo*), Pomptino (*Pomptinus*, *i*) non trionferà. 7 È opportuno, ragazzi, che voi impariate la lingua latina. 8 Il maestro pensa che voi imparerete la lingua latina. 9 Il maestro pensava che voi avreste imparato la lingua latina. 10 Ho sentito che sei rimasto in città, ma tutti sapevano che dovevi partire. 11 Non avrei mai pensato che Marco non tenesse fede alla sua promessa. 12 I soldati giuravano che non avrebbero temuto alcun pericolo.

ESERCIZIO 2 ▶ COMPLETIVE AL CONGIUNTIVO INTRODOTTE DA UT/UT NON

Traduci le seguenti frasi.

- 1 *Fieri potest ut recte quis¹ sentiat et id, quod sentit, polite elōqui non possit.* (Cic.) 2 *Evēnit ut in quibusdam stagnis ne lapides quidem pessum eant.* (Sen.) 3 *Tempus erat ut initium res haberet.* (Liv.) 4 *Nec fieri potest ut ibi messis sit, ubi satum non est, ut quis Romae sit, cum est Athenis, ut sit ferro vulneratus qui sine cicatrice est.* (Quint.) 5 *Ariovistus respondit ius esse belli ut, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent.* (Caes.) 6 *Iam prope erat ut ne consulum quidem maiestas coërceret iras hominum.* (Liv.) 7 *Putaresne umquam accidere posse ut mihi verba deessent?* (Cic.) 8 *Tantum abest ut huic rei fidem tribuam, ut etiam² omnino falsam eam esse credam.* (Cic.) 9 *Accidit, cum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oriretur.* (Nep.) 10 *Hannibal non speraverat fore ut in Italia tam multi populi ad se deficerent.* (Liv.) 11 *Saepe fit ut, quod turpe plerumque haberi soleat, inveniatur non esse turpe.* (Cic.) 12 *Nec fieri potest ut ibi messis sit ubi satum non est, ut quis Romae sit cum est Athenis, ut sit ferro vulneratus qui sine cicatrice est.* (Quint.) 13 *Apud veteres in sacrificio mos erat ut, siquid ex epulis superfuisset, igne consumeretur.* (Macrob.) 14 *Neque enim, Quirites, fieri potest ut non sint impii qui contra consulem exercitus comparaverunt.* (Cic.) 15 *Veri simile non est ut ille homo tam locuples, tam honestus religioni suae monumentisque maiorum pecuniam antepōneret.* (Cic.)

1. È pronome indefinito enclitico. 2. *Ut etiam* = «che anzi» introduce una proposizione consecutiva con valore correttivo.



ESERCIZIO 3 ▶ COMPLETIVE AL CONGIUNTIVO INTRODOTTE DA UT /NE (VOLITIVE)

Traduci le seguenti frasi.

- 1 *Te nec hortor nec rogo ut domum redeas.* (Cic.) 2 *Id etiam atque etiam cura, ut valeas litterasque ad me mittas quotienscumque habebis cui des.* (Cic.) 3 *Deos quaesumus consilia tua rei publicae salutaria sint ac tibi.* (Cic.) 4 *Velim tibi persuadeas non esse mihi meam dignitatem tuā cariorem.* 5 *Igitur oportet provideas uti (= ut) plebs, largitionibus et publico frumento corrupta, habeat negotia sua, quibus a malo publico detineatur.* (Sall.) 6 *Hoc primum te rogo, ne demittas animum neve te obrui magnitudine negotii sinas.* (Cic.) 7 *Tu vellem ego adesses; certe nec consilium nec consolatio deesset.* (Cic.) 8 *Hic opus est ut aliquot maneat dies.* (Plaut.) 9 *Rogo mane videas Plinium domi et quoquo modo efficias ne mihi irascatur.* (Plin.) 10 *Non concedam ut Attico nostro iucundiores tuae litterae fuērint quam mihi.* (Cic.) 11 *Facite ut ceteris posthac idem liceat.* (Cic.) 12 *Potestis enim facere ut male moriar; ut non moriar non potestis.* (Plin.)

ESERCIZIO 4 ▶ COSTRUTTI DEI VERBA DICENDI, DECLARANDI, SENTIENDI

Completa le seguenti frasi, rendendo le subordinate sottolineate con l'opportuno costrutto verbale.

- Tibi scripsi*, *quod auxilio tuo opus est.*
Ti ho scritto di ritornare (*redeo, is*), perché c'è bisogno del tuo aiuto.
- Mihi scripsisti*, *quod laetor.*
Mi hai scritto che stai bene (*valeo, es*) e di ciò mi rallegro.
- Video* *occasionem loquendi.*
Vedo che hai perso (*amitto, is*) l'occasione di parlare.
- Te vidi*
Ti ho visto piangere (*fleo, es*).
- Socrates discipulis suasit* *malum.*
Socrate persuase i discepoli che la morte non è un male.
- Cicero Catilinae suasit* *Roma.*
Cicerone convinse Catilina a fuggire (*fugio, is*) da Roma.
- Dux monuit* *victoriae auctores.*
Il comandante ricordò che tutti erano responsabili della vittoria.
- Romani regem Pyrrhum monuerunt* *a veneno.*
I Romani avvertirono il re Pirro di guardarsi (che si guardasse; *caveo, es*) dal veleno.

ESERCIZIO 5 ▶ COSTRUTTI DEI VERBA DICENDI, DECLARANDI, SENTIENDI

a. Traduci le seguenti frasi prestando attenzione al significato espresso dai diversi costrutti verbali.

- 1 *Dicam tuis ut eum librum describant*¹ *ad teque mittant.* (Cic.) 2 *Ille Dolabellae dixit ut ad me scriberet, ut in Italiam quam primum venirem.* (Caes.). 3 *Legati a senatu missi nuntiant decemviris ut omni ope ab seditione milites contineant.* (Liv.) 4 *Vide ne titūbes.* (Plaut.) 5 *Audio te mihi maledicere.* (Cic.) 6 *Timoleonem, cum lumina oculorum amisisset, nemo unquam querentem audivit.* (Nep.) 7 *Regulus in senatu captivos reddendos non censuit.* (Cic.) 8 *Senatus censuit ut legati ad Pompeium mitterentur.* (Caes.) 9 *Mihi ab adolescentia suasi nihil esse in vita magnopere expetendum nisi laudem.* (Cic.) 10 *Caesar propter multitudinem hostium proelio supersedere statuit.* (Caes.) 11 *Galli statuunt ut decem milia hominum in oppidum submittantur.* (Caes.) 12 *Galli omnes eos qui arma ferre possent, convocandos statuunt.* (Caes.)

1. *Describere librum* significa «trascrivere, copiare un libro».

b. Traduci le seguenti frasi, utilizzando il costrutto opportuno.

- 1 Marco disse di non aspettarlo perché non sapeva a che ora sarebbe arrivato. 2 Marco dice che arriverà domani. 3 Spesso ti ho avvertito che era il momento di partire. 4 Spesso ti ho esortato (usa *moneo*) a partire. 5 Il console non pensò (usa *censeo*) di dover preparare le truppe. 6 Il console decise (usa

censeo) di preparare le truppe. ⁷ Ho visto tuo figlio mentre giocava a palla con gli amici. ⁸ Ho visto che tuo figlio giocava a palla con gli amici. ⁹ Ho sentito Marco lamentarsi della sua salute. ¹⁰ Ho sentito che Marco si lamentava della sua salute.

ESERCIZIO 6 ▶ COMPLETIVE INTRODOTTE DA QUOD

Traduci le seguenti frasi.

- a. ¹ *Huc accessit quod pars equitatus Usipètum se trans Rhenum in fines Sigambrorum recepèrat.* (Caes.) ² *Vitium est quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles confèrunt easdemque non necessarias.* (Cic.) ³ *Nil (= nihil) habet infelix paupertas durus in se, quam quod ridiculos homines facit.* (Iuv.) ⁴ *Miramur quod accessionem fluminum maria non sentiant.* (Sen.) ⁵ *Est autem molestum quod in maximis animis splendidissimisque ingeniis plerumque existunt honoris, imperii, potentiae, gloriae cupiditates.* (Cic.) ⁶ *Rectissime facere te iudico, quod timèri a servis tuis non vis.* (Sen.) ⁷ *Transeamus igitur id quoque, quod grammatica quondam et musica iunctae fuèrunt.* (Cic.) ⁸ *Quod de hac re te non certiozem feci, velim mihi ignoscas.* (Cic.)
- b. ¹ Alla vecchiaia di Appio Claudio si aggiungeva anche il fatto che fosse cieco. ² Tralascio il fatto che tu non sei mai venuto a parlare con me di questo problema. ³ Hai fatto bene a venirmi a trovare. ⁴ È capitato opportunamente che tutti fossero presenti. ⁵ Mi meraviglio del fatto che nessuno si sia opposto alla proposta di Lucio. ⁶ Per quanto riguarda il fatto che io non ti abbia difeso, sappi che io non approvo affatto le tue proposte. ⁷ Sono contento che tu sia completamente guarito. ⁸ Di questo mi lamento, che nessuno mi abbia mai informato.

ESERCIZIO 7 ▶ COSTRUTTI DEI VERBA TIMENDI

- a. Completa le seguenti frasi, scrivendo l'opportuna congiunzione che introduce la subordinata completiva.
- Timeo tempus proficiscendì sit.*
Temo che sia ora di partire.
 - Verebar intellexissent verba mea.*
Temevo che non avessero capito le mie parole.
 - Periculum erat seditio oriretur.*
C'era il pericolo che nascesse una rivolta.
 - Mihi timor est erravèrim.*
Ho il timore di aver sbagliato.
 - Metui redirem.*
Ho avuto paura di non ritornare.
- b. Completa le seguenti frasi, coniugando nel modo e nel tempo opportuni i verbi delle subordinate complete.
- Vereor ne Marcus iam*
Temo che Marco sia già partito (*proficiscor*).
 - Marcus timet ne te*
Marco teme di averti offeso (*offendo*).
 - Romae metus erat ne res publica in periculo*
A Roma c'era il timore che lo stato fosse in pericolo.
 - Periculum est ne testis verum non*
C'è il rischio che il teste non dica la verità.
 - Cicero timebat ne ab Antonii sicariis*
Cicerone temeva di essere ucciso dai sicari di Antonio.
 - Caesar timebat ut Pompeius epistulam suam*
Cesare temeva che Pompeo non avesse ricevuto la sua lettera.



ESERCIZIO 8 ▶ COMPLETIVE CON I VERBA TIMENDI

Traduci le seguenti frasi.

- a. **1** *Timeo ne frustra tantum laborem suscepēris.* (Cic.) **2** *Romae timor erat ne Hannibal urbe potiretur.* (Nep.) **3** *Exploratores dixerunt periculum esse ne crebris imbribus Rhodanus exundaret.* (Caes.) **4** *Periculum est ne ille te malis verbis obruat.* (Plaut.) **5** *Timeo ne non perficiam quod suscipi.* (Cic.) **6** *Non vereor ne tua virtus opinioni hominum non respondeat.* (Cic.) **7** *Vereor ut Dolabella nobis prodesse possit.* (Cic.) **8** *Hasdrubal, metu ne dederetur Scipioni, urbe excessit.* (Liv.) **9** *Vereor ne aut molestus sim vobis, iudices, aut ne ingeniis¹ vestris videar diffidēre, si de tam perspicuis rebus diutius dissēram.* (Cic.) **10** *Eques Romanus, ad quem in spectaculis² bibentem Augustus miserat qui (= «uno che») ei dicēret: «Ego, si prandēre volo, domum eo», his verbis respondit: «Tu enim non times ne locum³ perdas».* (Quint.) **11** *Non est periculum ne te de re publica disserentem deficiat oratio.* (Cic.) **12** *Non vereor ne, quod ne suspicari quidem potuērim, videar id cogitasse.* (Cic.)

1. *Ingenium* significa qui «capacità di giudizio» ed è usato al plurale perché riferito all'insieme delle capacità di ciascun giudice. **2.** «Durante uno spettacolo». **3.** *Locus, i:* «posto» (a sedere).

- b. **1** I Romani temevano che la città venisse assediata da Annibale. **2** Ho temuto che si verificasse quello che poi è realmente accaduto. **3** Temo di non poter trovare alcun rimedio alla tua situazione. **4** Se romani, temo che tutti ti saranno ostili; se parti, temo che nessuno crederà alla tua innocenza. **5** Temendo di essere afflitto da una grave malattia e di non trovare alcuna cura efficace, Pomponio pensò di andare al tempio di Esculapio a chiedere aiuto. **6** Temo che non si debba in alcun modo approvare un comportamento indegno di un cittadino onesto. **7** Cicerone temeva che Catilina avesse preparato ogni cosa per incendiare Roma. **8** Abbiamo a lungo temuto che nessuno ci avrebbe trovato per darci aiuto.

ESERCIZIO 9 ▶ VERBA DUBITANDI, IMPEDIENDI E RECUSANDI

a. Completa le seguenti frasi, scrivendo l'opportuna congiunzione che introduce la subordinata completiva.

- Non dubito officium tuum perfecturus sis.*
Non dubito che porterai a termine il tuo compito.
- Nihil impedit mecum venias.*
Niente impedisce che tu venga con me (Niente ti impedisce di venire...).
- Reus recusavit respondēret.*
L'accusato (si) rifiutò di rispondere.
- Nemo obstat tuam sententiam dicas.*
Nessuno impedisce che tu dica il tuo parere (Nessuno ti impedisce di dire...).
- Nullum dubium erat hostes recessissent.*
Non c'era alcun dubbio che i nemici si fossero ritirati.
- Nemo me potērit deterrere officio meo perfungar.*
Nessuno potrà distogliermi dal compiere il mio dovere.
- Impediendum est homines improbi rem publicam regant.*
Bisogna impedire che uomini disonesti governino lo stato.

b. Completa le seguenti frasi, coniugando nel modo e nel tempo opportuni i verbi delle subordinate complete.

- Cicero non dubitabat quin Catilina in rem publicam*
Cicerone non dubitava che Catilina avesse congiurato (*coniuro, as*) contro lo stato.
- Nemo dubitat quin Marcus recte*
Nessuno dubita che Marco abbia agito (*ago, is*) giustamente.
- Non dubito quin ei persuadere*
Non dubito di poterlo (*possum*) convincere.
- Caesar non dubitabat quin Germani Rhenum*
Cesare non dubitava che i Germani avrebbero attraversato (*transeo, is*) il Reno.
- Mihi nullum dubium est quin te Romae*
Non ho alcun dubbio che ti vedrò (*video, es*) a Roma.



6. *Pater non recusavit quin Tullia ad nos*
Il padre non rifiutò che Tullia venisse (*venio, is*) da noi.
7. *Nihil obstat quom̄nus commoda vestra*
Niente impedisce che voi facciate (*facio, is*) i vostri interessi.
8. *Fortuna impediit ne Roma ab Hannibale*
La sorte impedì che Roma fosse conquistata (*capio, is*) da Annibale.

ESERCIZIO 10 ► COMPLETIVE CON I VERBA DUBITANDI, IMPEDIENDI E RECUSANDI

Traduci le seguenti frasi.

a. Non dubito ed espressioni analoghe

- 1 *Mihi numquam dubium fuit quin tibi essem carissimus.* (Cic.) 2 *Non dubito, iudices, quin vobis probaturus sim¹ defensionem meam.* (Cic.) 3 *Dubitandum non est quin numquam possit utilitas cum honestate contendere.* (Cic.) 4 *Mihi numquam fuit dubium quin te populus Romanus consulem factururus esset.* (Cic.) 5 *Non dubitabam quin Quintus, frater meus, te aut Dyrrachi aut in istis locis uspiam visurus esset.* (Cic.) 6 *Quis dubitat quin odium invidiaque homines miseros faciant?* (Sen.) 7 *Nemini video dubium esse, iudices, quin apertissime C. Verres in Sicilia sacra profanaque omnia et private et publice spoliavit (= spoliaverit).* (Cic.) 8 *Non dubitabam quin litteras meas libenter lecturus esses, verebar ut redderentur.* (Cic.)

1. Nel linguaggio giuridico il verbo *probo* significa «dimostrare con prove».

b. Verba impediendi e recusandi; altre completive introdotte da quin e quom̄nus

- 1 *Scio quae tibi causa fūerit impedimento quom̄nus praecurrere adventum meum in Campaniam posses.* (Cic.) 2 *Non deterret sapientem mors, quae propter incertos casus cotidie imm̄net, quom̄nus in omne tempus rei publicae suisque consulat.* (Cic.) 3 *Epaminondas in iudicium venit neque recusavit quom̄nus legis poenam subiret.* (Nep.) 4 *Legati dixerunt Germanos non recusare, si lacesserentur, quin armis contendere.* (Caes.) 5 *Nec di omnes id prohibebunt, quin sic faciam.* (Plaut.) 6 *Quin loquar haec, numquam ullo modo me potes deterrere.* (Plaut.) 7 *Trev̄eri nullum tempus intermis̄erunt quin trans Rhenum legatos mitt̄erent.* (Caes.) 8 *Ego nihil praetermisi quin Pompeius a Caesaris coniunctione avocarem.* (Cic.) 9 *Per Romanos non stetit quom̄nus perpetua amicitia cum Samnitibus esset.* (Cic.) 10 *Paulum afuit quin tribuni a multitudine opprimerentur.* (Liv.) 11 *Facere non possum quin cotidie ad te mittam litteras.* (Cic.) 12 *Natura sequi volumus, id est (= «cioè») nihil praetermittere quom̄nus ea, quae natura postulet, consequamur.* (Cic.) 13 *Non poss̄umus quin alii a nobis dissentiant recusare.* (Cic.) 14 *Nihil imp̄dit quom̄nus id, quod nobis maxime placeat, facere poss̄imus.* (Cic.) 15 *Quin loquar haec, numquam ullo modo me potes deterrere.* (Plaut.) 16 *Prohibeant dii ne hoc eveniat.* (Ter.) 17 *In senatum Regulus venit, mandata exposuit, sententiam (= «il suo parere») ne diceret recusavit.* (Cic.) 18 *Helvetii emigrare statūerant neque ab̄erat suspicio quin ab Orgetor̄ige impellerentur.* (Caes.)

- c.** 1 Non dubito di aver parlato chiaramente. 2 Nessuno dubitava che Cesare avrebbe mantenuto la promessa. 3 Chi può dubitare che la sicurezza dello stato risieda (usa *sum*) nella virtù dei cittadini? 4 Non c'era alcun dubbio che non bisognava perdere (usa *amitto, ̄re*) l'occasione favorevole. 5 Le Alpi non impedirono ai barbari di scendere in Italia. 6 Socrate rifiutò di dichiararsi colpevole e per questo fu condannato a morte. 7 Perché mi si proibisce di vivere dove sono nato? 8 Che cosa impedisce che voi abbandoniate questo luogo, visto che siete diventati odiosi a tutti? 9 Non c'è ragione che voi non rimaniate più a lungo con noi. 10 Mia Terenzia, non passa giorno che non pensi a te e a nostra figlia. 11 Non posso trattenermi dal dire che nulla impediva a Verre di rubare ai Siciliani tutti i loro beni. 12 L'oratore Demostene, sebbene sapesse di essere invisibile al popolo, non poteva trattenersi dal rimproverarlo e dall'esorcizzarlo alla guerra contro il re Filippo. 13 Non mancò molto che non scivolassi e non cadessi in un burrone. 14 Non dipende da me che la tua proposta venga approvata.



Versioni

VERSIONE 1 I soldati di Alessandro vogliono rimanere con il loro re

Alessandro Magno era tanto amato dai suoi soldati, che anche i veterani preferivano rimanere con lui in Asia piuttosto che ritornare a casa.

Costrutti notevoli:

- completa introdotta da verba timendi

*Alexander, cum Susa pervenisset, seniores milites domum remittere statuit et secum duodecim milia peditum atque duo milia equitum retinere, quod se modico exercitu Asiam tenere posse existimaret*¹: *multis enim locis praesidia disposuerat urbesque nuper conditas colonis replerant. Sed milites, postquam cognitum est alios remitti domum, alios retineri, timentes ne sibi rex relinquendus esset, omnes ante regiam convenerunt atque clamaverunt neminem in patriam rediturum*² *sed omnes in Asia cum rege mansuros. Qua re commotus, Alexander sententiam suam mutavit atque milites infirmissimos tantum domum remisit.*

(da Curzio Rufo)

1. Traduci con l'indicativo. 2. Sott. esse.

VERSIONE 2 Un esempio di rispetto della patria potestà

Sulla base di una notizia trasmessa da Cicerone, ecco la ricostruzione di un episodio che dimostra quanta importanza avesse nell'etica romana la *patria potestas*: il rispetto per la volontà del padre non viene meno neppure quando il figlio è adulto e ricopre una importante carica pubblica.

Costrutti notevoli:

- verba impediendi e recusandi

*Agrariam legem tulerat*¹ *tribunus plebis Caius Flaminius, ut Picenus atque Gallicus ager*² *populo viritum divideretur. Resistebat ne lex perferretur senatus neque precibus neque minis apud tribunum abstinens*³. *Postremo datum est negotium consulibus ut exercitum conscriberent, quo rem publicam tutarentur; sed nullo modo deterreri Flaminius potuit quin in sua sententia*⁴ *permaneret. Monuerat eum pater quoque ut senatui cederet neu seditionis auctor esse vellet. Sed ille, persistens in sententia, vocata concione, legem recitare coepit. Tum vero pater, dolore ardens, accessit ad rostra*⁵ *et, correpto manu filio, detraxit impeditque quominus dicere pergeret. Tum mirum exemplum editum est pietatis, qua tum homines ius patriae potestatis prosequerentur*⁶. *Qui enim universi senatus indignatione minisque non deterritus erat quin legem ferret, unius senis manu de rostris detrāhi potuit.*

1. *Legem ferre* = «presentare una proposta di legge»; *legem perferre* = «approvare una legge». 2. I territori dei popoli vinti diventavano proprietà dello stato (*ager publicus*) che poteva disporne come voleva. 3. *Neque precibus ... abstinens*: propriamente «che non si asteneva né da preghiere né da minacce presso...» quindi meglio si tradurrà «che non risparmiava al tribuno né preghiere né minacce». 4. Qui nel senso di «suo proposito». 5. *Rostra* = «tribuna» degli oratori nel foro. 6. *Prosequor* è qui usato col significato di «onorare».

VERSIONE 3 Dipende dal punto di vista!

Ciò che è giusto per gli uni, può risultare ingiusto per gli altri.

Costrutti notevoli:

- non dubito quin - verba impediendi e recusandi

Pastores quidam, ut amici carissimi nuptias celebrarent, complures oves ex suis gregibus mactaverant. Cum magnus convivarum numerus epulis adesset atque laetitiae (= «della festa») clamor increbresceret, lupus e proxima silva egressus ad domus ianuam accessit ut, quid accidere, videret. Cum tot ovium ossa, quae passim iacebant, vidit, pastores ita vituperavit: «Hoc iustum non est: nemo enim impedit quominus vos multas oves comedatis; sin autem ego unam ovem sumo, vos statim cum fustibus ac canibus totam silvam pervestigatis ad me capiendum atque interficiendum». Tunc unus ex pastoribus respondit: «Dubium non est quin hoc iustum sit, quia nos oves nostras comedimus, non alienas!».

(da Aesopus Latinus)

VERSIONE **4** Annibale in fuga

Dopo essere stato sconfitto a Zama (202 a.C.) da Scipione l'Africano, Annibale, inseguito dai Romani, fugge dall'Africa in Asia alla ricerca di un rifugio sicuro.

Hannibal, noctu Carthagine egressus, postero die ad urbem Thapsum¹ pervēnit. Ibi eum paratā instructāque remigio accepit navis, qua ex Africa excessit, saepius patriam quam fortunam suam miseratus. Eōdem die, cum Cercīnam in parvam insulam² traiecisset ibique in portu naves Phoenicum invenisset, veritus ne inde profectae Thapsum vel Hadrumētum³ nuntiarent ipsum Cercīnae esse, quam celerrime potuit ancoras solvit et prospero cursu Tyrum appūlit, ubi a conditoribus Carthagini⁴ benigne exceptus est. Tyro ad Antiochām profectus, cum eo pervenisset audissetque iam regem Antiōchum in Asiam confugisse, comiter a regis filio exceptus, nullam interposuit moram quin Ephēsum proficisceretur, ut ibi regem convenire posset. Ephēsi enim eum convēnit fluctuantem adhuc animo incertumque de bello in Romanos.

(da Livio)

1. Città africana a sud di Cartagine nota per la vittoria di Cesare sui Pompeiani. 2. L'isola si trova nella Piccola Sirte a sud di Cartagine. 3. Città sulla costa vicina a Tapso. 4. Cartagine fu fondata dai Fenici di Tiro.